

tunge nomine morar. cum omnibus attinenciis suis pleno iure. ac suis heredibus contulisse perpetuo possidendam quam eciam mansionem nostro accepte dente consensu vxori sue Rangburgi in donacionem propter nupcias assignauit. tali videlicet condicione adhibita. quod si idem Karulus absque liberis decesserit ad predictam vxorem suam dicta mansio deuoluatur. si vero ipsam premori contigerit ad predictum. K. maritum suum superstitem mansio prefata redeat inconcussa. Ne igitur super hiis in posterum aliqua dubietas horriatur presenti littere sigillum nostrum in plenum testimonium. Duximus apponendum. Datum fyæholm. Anno domini. M°.CC°.LXX°.V°. in festo sancte agathe virginis.

På frånsidan: De acquisitione mora parochie Dwncker. Sigillet skadadt.

589.

1275 d. 22 Febr.

Sigtuna.

Ärke-Bisk. FOLKES i Upsala intyg att STENAR tillstått det han emot viss afgift städsat af Priorissan i Skokloster de gods, hvilka med hans dotter såsom hennes mödernearf blifvit gifne till klostret.

A. 3. b. 1: 6.

Fulco diuina miseratione archiepiscopus upsalensis. Omnibus presentem litteram inspecturis. salutem in domino ihesu christo Nouerint uniuersi quod stenarus lator presencium in nostra presencia constitutus recognouit se conduxisse predia ab domina priorissa ceterisque sororibus in scho, ipsis iure possessorio attinencia, pro eertis redditibus earum domui annuatim persoluendis. & filiam suam cum ipsarum intrauit ordinem dicta predia quia eam ex materna hereditate contingebant, sub plurium testimonio dicatorum dictis sororibus contulisse perpetuo possidenda. Ne igitur super prediis memoratis sororibus collatis aliqua calumpnia seu sinistra suspicio possit ab aliquibus processu temporis suboriri, ipsis presentem litteram sigillo nostro reliquimus consignatam in testimonium veritatis. Datum sicutunie anno domini. M°.CC°.LXXV°. in cathedra sancti Petri.

Sigillet finnes.

590.

1275 d. 1 Apr.

Lyon.

Påfv. GREGORIUS X:s Bref till Insamlarne af Heliga landshjälpen rörande Cistercienser-Ordens befrielse från denna afgift.

A. 1. d. 71. \*)

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs legatis apostolice sedis & vniuersis collectoribus decime prouentuum ecclesiasticorum

\*) Efter en af Bisk. Eric i Skara och hans Kaniker gjord afskrift.

terre sancte subsidio deputate, ad quos littere iste peruerent. Salutem & apostolicam benedictionem. Peticio dilectorum filiorum abbatis. Cisterciensis eiusque coabbatum & conuentuum vniuersorum, Cisterciensis ordinis, nobis exhibita continebat quod nos, in generali concilio. Lugdunensi. uolentes terre sancte que ab inimicis nominis christiani detinetur miserabiliter occupata, procurare remedia, per que posset de illorum manibus liberari, decimam omnium prouentuum ecclesiasticorum ipsius terre sancte subsidio duximus deputandam, ac postmodum intendentes ordinare seu taxare quantum persone ipsius ordinis de suis prouentibus deberent soluere, eis per uestras indulxi-  
mus litteras, ut de ipsorum prouentibus nichil occasione huiusmodj decime soluere tenerentur, quoisque quantum per eos soluj deberet per nos exis-  
teret ordinatum Districtius inhibentes, ne collectores ipsius decime de ipso-  
rum prouentibus aliquid ab eis occasione predicta exigere attemptarent. Cum autem quantum de eorum prouentibus, fructibus, & redditibus, soluere de-  
beant duxerimus ordinandum, ac uolentes ut eisdem abbatibus, & conuen-  
tibus, de huiusmodi concessione nostra, uotiuus perducatur effectus, vobis & singulis uestrum per apostolica scripta mandamus, quatinus ab eisdem abbatibus, & conuentibus, aut eorum monasterijs, locis, seu ecclesijs, decimam huiusmodj, per vos, vel alium, seu alios, nullatenus exigatis Non ob-  
stantibus quibuscumque litteris apostolicis, uobis aut aliquibus vestrum, sub quacumque forma, aut expressione uerborum directis hactenus, eo pre-  
textu. quod continetur in eis quod ab exemptis & non exemptis, cuiuscum-  
que ordinis, condicionis vel dignitatis existat, predictam decimam exigatis,  
seu in posterum dirigendis, nisi huiusmodi littere dirigende nominatim de  
ordine predicto, & concessione huiusmodi de uerbo ad uerbum, fecerint  
mentionem Nos enim nichilominus excommunicacionis, interdicti, aut sus-  
pensionis sententias, si que in personas dictorum abbatum siue in conuentus  
ipso, vel alicuius eiusdem ordinis monasteria, ecclesias, domos, Grangias, seu  
loca eorum, per vos. uel alium aut alios vobis mandantibus occasione huius-  
modi hactenus sint prolate uel in posterum promulgarj contigerit ex nunc  
irritas decernimus & inanes. Datum Lugduni. Kal. Aprilis. Pontificatus. no-  
stri. anno quarto.

591.

1275 d. 5 Apr.

Lyon.

Påfv. GREGORIUS X:s Bref till Cistercienser-Ordens Abboter, Abbedissor och Convent om befri-  
else från Heliga landshjälpen.

A. 1. d. 72. \*)

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filiis vniuersis ab-  
batibus ac abbatissis & conuentibus ordinis Cysterciensis tam presentibus

\*) Efter en af Bisk. BONAVENTURA och Capitlet i Linköping d. 27 Sept. 1292 gjord afskrift.